



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Et multa gerit præclara.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

fociis curæ suæ creditis, & obedientiæ sanctæ in
 comunere, quod valdè indignus gereret, rectius
 faceret satis. Faciebat id assiduè vigil exercitator
 præter quotidianam, & nunquam intermissam
 attentionem, vt identidem per annum, præcipu-
 eque in anni veteris exitu, ac recētis allapsu, cum
 purgaret commissa superioris temporis, tum vi-
 res, animumque in futurum redintegraret.

Constitutis Prouinciæ rebus, nouoque col- 1567.
 lecto robore, tum multis præmunitus & suis, & *Consona: or*
 alienis precibus, Herbiopolim vbi maturum fuit, *Herbipoli.*
 reuertit. Respondit apparatus euentus. Quanquã
 ille suo instituto, vbi que plusquam deberet, exol-
 uens, & laborem laboribus onerans, non solum
 Ecclesiasten Episcopalem egit, sed etiam extraor-
 dinaria catechesi præcipuè iuuentutem sibi insti-
 tuendam sumpsit. Tum Sacerdotes, quorum è *Et multa gratia*
 numero pauci vel formulam absoluendarum *præciosa.*
 culparum nosse ferebantur, ritè edocendos cura-
 uit. Hæreticos aliquot reconciliauit Ecclesiæ: Iu-
 dæam quoque Virginem sacro baptismo con-
 signauit: persuasit Episcopo, vt de sua Diœcesi
 rectius constituenda seriò cogitationem suscipe-
 ret: quod statim doctis, ac sapientibus viris con-

uocatis fieri est cœptum: publicos mores, qui corruptissimi; religionem, quæ scœdè deprauata erat, pro virili correxit, confirmavitque. Quibus muneribus & de Collegio præclara concitata expectatio est, & venturis sociis apud sacros æquè, ac profanos profeminata beneuolentia, & existimatio, ingens rerum agendarum momentum. Hos fructus eo gratiores verosimile est Magno Patrifamilias, cælestique Domino accidisse, quo carius fideli villico constitere. Quanquam enim aduersa valetudine conficere, nunquam tamen cessauit ab opere. Indè etiam, postquam ad finem vsque constanter in ea agricolatione durarat, reuersum Dilingam aliquandiu molestæ iactarunt febres. Nempè vt geminarentur labori præmia lucris dolorum. Tanta enim æquitate animi, atque ad eò alacritate, facilitate item, ac modestia suscipiebat, tolerabatque corporis humanas miseras, vt calici Domini reuerenter ad mouere labra intelligeres, nec de ingenti interim quæstu, quem faceret, dubitares. Vbi primum rediere vires, redierunt & labores. Præclaram, & arduam operam Cardinali Augustano nauauit dicecesanam synodum molienti. Res in eum v-

*Augustanam
Synodum egre-
gie iuuat.*

sum